

Introductio

Dominica

Pater noster. Ave, Maria et Credo.

Deinde clara voce ter dicitur :

V. Dómine, lábia mea apéries

R. Et os meum annuntiábit laudem tuam

Mox sequitur Psalmus 3

Dómine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me ? *
 Multi insúrgunt advérsum me ;
 Multi dicunt ánimæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.
 Tu autem Dómine, suscéptor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.
 Voce mea ad Dóminum clamávi ; * et exaudívit me de monte sancto suo.
 Ego dormívi, et soporátus

sum ; * et exsurréxi, quia Dóminus suscépit me.
 Non timébo míllia pópuli circumdántis me. * Exsúrge, Dómine ; salvum me fac, Deus meus.
 Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa ; * dentes peccatórum contrivísti.
 Dómini est salus ; * et super pópulum tuum benedíctio tua.
 Glória.

Invitatorium

IV* c

D O- mi-num, qui ventú-rus est, cu-jus virga fló-

ru- it de rá-di- ce Jes- se, * Ve- ní-te, ad- o-ré- mus.


Repetitur: Dóminum.

Psalmus 94

IV* c

V E-ní-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus De- o sa- lu-

Introductio



tá-ri nostro : præ-occupémus fáci- em e-jus in con-fessi- óne




et in psalmis ju-bilémus e- i.

Dóminum.



Quó- ni- am De-us magnus Dó-minus, et Rex magnus su-per om-



nes de- os : quóni- am non re-pél-let Dómi-nus plebem su- am : qui-




qui- a in manu e- jus sunt omnes fin-es terræ, et al-ti-túdines mó-




ti- um ip- se cónspi- cit.

* **Veníte adorémus.**




Quó- ni- am ipsí- us est mare et i-ps fe-cit illud, et á-ri-dam fun-


Introductio




davé-runt manus e-jus. Vení- te, ado-rémus et pro-cidámus an-te



De- um, plo-rémus co-ram Dómino qui fecit nos qui- a ipse est Dó-




mi-nus De- us noster, nos autem pópu-lus e-jus et oves páscu- æ




e- jus.


Dóminum.



Hó- di- e si vocem e-jus au-di- é-ri-tis : « No-lí-te ob-durá-re cor-




da vestra, sic-ut in ex- acer-ba-ti-ó-ne secúndum di- em tenta-ti-



ó-nis in déserto, u-bi tentavé-runt me patres vestri, probavé-runt

Introductio



et vidé- runt ó-pe-ra me- a.

* Veníte adorémus.




Quadra-gínta annis próximus fu- i gene-ra-ti- ó-ni hu- ic, et di-



xi : semper hi errant corde. Ip-si ve-ro non cognovérunt vi- as




me- as quibus jurá vi in i-ra me- a : Si intro- íbunt in réqui- em



me- am. »

Dóminum.




Gló- ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in



prin- cípi- o, et nunc et semper, et in sácula sæcu-ló- rum. A-

Introductio



men.

* *Venite, adorémus.*

*Cantores: Dominum, qui ventúrus est, cujus virga flóruit de rácice Jesse**

Chorus: veníte, adorémus.

Hymnus

D
V Erbum supérnum pród-i- ens ; A Patre o-lim ex- i- ens,


Qui na-tus orbi súbvenis Cursu declí-vi témpo-ris :

I L-lú-mi- na nunc péc- to-ra Tu-óque amó-re concréma,

Audí- to ut præ-có-ni- o Sint pulsa tan- dem lúbri-ca.

J Udéxque cum post áde-ris Rimá- ri facta péctoris, red

Introductio



dens vi-cem pro ábdi- tis, Ju-stísque regnum pro bonis.

N


On demum arctémur malis Pro qua-li-tá-te crími-nis ;



Sed cum be-á- tis cómpo- tes Simus perénnes cæli-bes.

L

Aus, honor, virtus, gló-ri- a De-o Patri et Fí-li- o



Sancto simul Pa-rácli- to In sæculó-rum sácu-la. A- men.

In primo nocturno

IN PRIMO NOCTURNO

1Ant
I g

V Eni- et ec- ce Rex excél-sus * cum pot-está-te magna,
ad sal-ván-das gentes, alle- lú-ia. Eu o u a e

Psalmus 20.

Dómine, in virtúte tua lætábi-
*tur rex, ** et super salutáre
tuum exsultábit *veheménter*.

2 Desidérium cordis ejus tribuísti
ei, * et voluntáte labiórum ejus
non fraudásti eum.

3 Quóniam prævenísti eum in
benedictiónibus dulcéinis ; *
posuísti in cápite ejus corónam
de lápide *pretioso*.

4 Vitam pétiit a te, * et tribuísti
ei longitúdinem diérum, in
sǽculum, et in sǽculum sǽculi.

5 Magna est glória ejus in salutá-
ri **tuo** ; * glóriam et magnum de-
córem impónes *super* eum.

6 Quóniam dabis eum in benedi-
ctionem in sǽculum sǽculi ; *
lætificábis eum in gáudio cum
vultu tuo.

7 Quóniam rex sperat in **Dómi-**
no, * et in misericórdia Altíssimi
non *commovébitur*.

8 Inveniátur manus tua ómnibus
inimícis **tuis** ; * déxtera tua invé-
niat omnes qui *te odérunt*.

9 Pones eos ut clíbanum ignis in
témpore vultus tui :† Dóminus in
ira sua conturbábit eos, * et de-
vorábit eos ignis.

10 Fructum eórum de terra per-
des, * et semen eórum a filiis
hóminum,

11 Quóniam declinavérunt in te
mala ; * cogitavérunt consília
quæ non potuérunt stabilíre.

12 Quóniam pones eos dor-
sum ; * in relíquiis tuis præpará-
bis vultum eórum.

13 Exaltáre, Dómine, in virtúte
tua ; * cantábimus et psallémus
virtútes tuas.

Psalmus 21

Deus, Deus meus, réspice in
me :† quare me dereliquís-
ti ? * longe a salúte mea verba
delictórum meórum.

2 Deus meus, clamábo per diem,
et **non** exáudies ; * et nocte, et
non ad insipiéntiam mihi.

3 Tu autem in **sancto hábitas**, *
laus Israël.

4 In te speravérunt **patres nos- tri** ; * speravérunt, et liberásti eos.

5 Ad te clamavérunt, et **salvi fac- ti** sunt ; * in te speravérunt, et non *sunt confúsi*.

6 Ego autem sum vermis, **et non homo** ; * opprórium hóminum, et abjectio **plebis**.

7 Omnes vidéntes me **derisérunt** me ; * locúti sunt lábiis, et mové-
runt caput.

8 Sperávit in Dómino, erípiat eum : * salvum fáciat eum, quóniam *vult eum*.

9 Quóniam tu es qui extraxísti **me de ventre**, * spes mea ab ubé-
ribus *matris meæ*.

10 In te projéctus sum ex úte-
ro ; † de ventre matris meæ Deus **meus es** tu : * ne discésseris **a**
me,

11 Quóniam tribulátio **próxima** est, * quóniam non *est qui adju- vet*.

12 Circumdedérunt me **vítuli multi** ; * tauri pingues *obsedé-*
runt me.

13 Aperiérunt super **me os suum**, * sicut leo rápiens *et rú-*
giens.

14 Sicut **aqua effúsus** sum, * et dispérsa sunt ómnia **ossa mea** :

15 Factum est cor meum tam-
quam **cera liquéscens** * in médio *ventris mei*.

16 Áruit tamquam testa virtus
mea, † et lingua mea adhæsit

fáucibus **meis** : * et in púlverem mortis *deduxísti* me.

17 Quóniam circumdedérunt me **canes multi** ; * concílum mali-
gnántium *obsédit* me.

18 Fodérunt manus meas et **pe- des meos** ; * dinumeravérunt ómnia **ossa mea**.

19 Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me. † Divisérunt sibi **vestiménta mea**, * et super ves-
tem meam misérunt **sortem**.

20 Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium **tuum a**
me ; * ad defensióne *meam* cónspice.

21 Érue a frámea, Deus, **ánimam meam**, * et de manu canis *úni- cam meam*.

22 Salva me ex **ore leónis**, * et a córnibus unicórniū humilitátem *meam*.

23 Narrábo nomen tuum **frátri- bus meis** ; * in médio ecclésiæ *laudábo* te.

24 Qui timétis Dóminum, laudáte eum ; * univérsum semen Jacob, glorificáte eum.

25 Tímeat eum omne semen Israël, * quóniam non sprevit, neque despéxit deprecatióne *páuperis*,

26 Nec avértit fáciem **suam a**
me : * et cum clamárem ad eum, *exaudívit* me.

27 Apud te laus mea in ecclésia **magna** ; * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

In primo nocturno

28 Edent páuperes, et saturabún-
tur, † et laudábunt Dóminum qui
requírunt eum : * vivent corda
eórum in sǽculum sǽculi.

29 Reminiscéntur et converténtur
ad Dóminum * univérsi *fines ter- ræ* ;

30 Et adorábunt in conspéctu
ejus * univérsæ famíliæ gén-
tium :

31 Quóniam Dómini est re-
gnum, * et ipse dominábitur gén-

tium.

32 Manducavérunt et adoravérunt
omnes pingues terræ ; * in cons-
péctu ejus cadent omnes qui des-
céndunt in terram.

33 Et ánima mea illi vivet ; * et
semen meum sérviet ipsi.

34 Annuntiábitur Dómino gene-
rátió ventúra ; † et annuntiábunt
cæli justítiam ejus pôpulo qui
nascétur, * quem fecit Dóminus.



Véni- et ec- ce Rex excél-sus cum pot-está-te magna,




ad sal-ván-das gentes, alle- lú-ia.


2Ant

II d

C Onfortá- te * manus disso-lú-tas ; confortá-mi-ni, díci-



te : Ecce De-us no-ster véni- et et salvábit nos, alle-lú- ia.



E u o u a e

Psalmus 22

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit : * in loco pás-
cuæ, ibi me **collocávit**.

2 Super aquam refectiōnis educávit me ; * ánimam meam *convértit*.

3 Dedúxit me super sémitas justi-
tiæ * propter nomen **suum**.

4 Nam et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo **ma-
la**, * quóniam *tu mecum es*.

5 Virga tua, et báculus **tuus**, * ip-
sa me **consoláta** sunt.

6 Parásti in conspéctu meo **men-
sam** * advérsus eos qui tríbulant
me ;

7 Impinguásti in óleo caput **meum** : * et calix meus inébrians,
quam *præclárus* est !

8 Et misericórdia tua subsequétur
me * ómnibus diébus *vitæ meæ* ;

9 Et ut inhábitem in domo **Dómi-
ni** * in longitúdinem *diérum*.

Psalmus 23

Dómini est terra, et plenitúdo Dejus ; * orbis terrárum, et univérsi qui hábitant *in eo*.

2 Quia ipse super mária fundávit eum, * et super flúmina præparávit eum.

3 Quis ascéndet in montem **Dó-
mini** ? * aut quis stabit in loco *sancto ejus* ?

4 Ínnocens mánibus et mundo corde, † qui non accépit in vano ánimam **suam**, * nec jurávit in dolo próximo suo :

5 Hic accípiet benedictiōnem a **Dómino**, * et misericórdiam a Deo salutári suo.


6 Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

7 Attóllite portas, príncipes, ves-
tras, † et elevámini, portæ æter-
náles, * et introíbit *rex glóriæ*.

8 Quis est iste rex glóriæ ? † Dóminus fortis et **potens**, * Dóminus potens *in prælio*.


9 Attóllite portas, príncipes, ves-
tras, † et elevámini, portæ æter-
náles, * et introíbit *rex glóriæ*.

10 Quis est iste rex glóriæ ? * Dóminus virtútum ipse est *rex glóriæ*.



Confortá- te manus disso-lú-tas ; confortá-mi-ni, díci-

In primo nocturno



te : Ecce De-us no-ster véni- et et salvábit nos, alle-lú- ia.

3Ant


III a

G

Audé- te omnes, * et læ-tá-mi- ni : ecce qui- a véni- et



Dó-mi-nus ulti- ó-nis, addúcet re-tri-bu-ti- ónem : ipse vé-ni- et,



et salvá-bit nos. Eu o u a e

Psalmus 24

Ad te, Dómine, levávi áni-
mam meam : * Deus meus,
in te confido ; non erubéscam.

2 Neque irrídeant me inimíci
mei : * étenim univérsi qui sústi-
nent te, non **confundéntur**.

3 Confundántur omnes iníqua
agéntes * supervácue.

4 Vias tuas, Dómine, demónstra
mihi, * et sémitas tuas édoce me.

5 Dírige me in veritáte tua, et
doce me, * quia tu es Deus salvá-
tor meus, et te sustínui **tota die**.

6 Reminíscere miseratiónum
tuárum, Dómine, * et misericó-
rdiárum tuárum quæ a sáculo
sunt.

7 Delícta juventútis **meæ**, * et

ignorántias meas, **ne memíneris**.

8 Secúndum misericórdiam tuam
meménto **mei** tu, * propter bo-
nitátem **tuam**, Dómine.

9 Dulcis et **rectus** Dóminus ; *
propter hoc legem dabit delin-
quéntibus in via.

10 Díriget mansuétos in
judício ; * docébit mites vias
suas.

11 Univer-sæ viæ Dómini, mis-
ericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus et
testimónia ejus.

12 Propter nomen tuum, Dómine,
propitiáberis peccáto **meo** ; *
multum est enim.

13 Quis est homo qui **timet** Dó-
minum ? * legem státuit ei in via

quam elégit.

14 Anima ejus in bonis **demorábitur**, * et semen ejus hæreditabit terram.

15 Firmaméntum est Dóminus **timéntibus eum**; * et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

16 Oculi mei **semper ad Dóminum**, * quóniam ipse evéllet de láqueo **pedes meos**.

17 Résdice in me, et miserére **mei**, * quia únicus et **pauper sum ego**.

18 Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : * de necessitáti bus meis érue me.

19 Vide humilitátem meam et labórem **meum**, * et dimítte univer sa delícta **mea**.

20 Résdice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, * et ódio iníquo odérunt me.

21 Custódi ánimam meam, et érue me : * non erubéscam, quóniam sperávi **in te**.

22 Innocéntes et recti adhæsérunt mihi, * quia sustínui te.

23 Líbera, **Deus, Israël** * ex ómnibus tribulatióibus suis.

Psalmus 25

Júdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia **mea ingrés-**

sus sum, * et in Dómino sperans non **infirmábor**.

2 Proba me, Dómine, et **tenta me**; * ure renes meos et cor meum.

3 Quóniam misericórdia tua ante óculos **meos** est, * et complácui in veritáte **tua**.

4 Non sedi cum concílio **vanitatis**, * et cum iníqua geréntibus non **introíbo**.

5 Odívi ecclésiam **malignán- tium**, * et cum ímpiis **non sedébo**.

6 Lavábo inter innocéntes **manus meas**, * et circúmdabo altáre tuum, **Dómine**:

7 Ut áudiam vocem **laudis**, * et enárrem univérsa **mirabília tua**.

8 Dómine, diléxi decórem **domus tuæ**, * et locum habitatiónis **gló- riæ tuæ**.


9 Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam **meam**, * et cum viris sanguinum **vitam meam**:

10 In quorum mánibus iniquitátes sunt ; * déxtera eórum repléta est munéribus.

11 Ego autem in innocéntia **mea ingréssus sum**; * rédime me, et miserére **mei**.

12 Pes meus stetit **in dirécto**; * in ecclésiis benedíciam te, **Dómine**.

In primo nocturno



Gaudé- te omnes, * et læ-tá-mi- ni : ecce qui- a véni- et
Dó-mi-nus ulti- ó-nis, addúcet re-tri-bu-ti- ónem : ipse vé-ni- et,
et salvá-bit nos.

V. Ex Sion spécies decórís ejus.

R. Deus maniféste véniet.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miseré-re nobis: * Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Benedictióne perpétua * benedícat nos Pater ætérnus.

R. Amen.

Incipit liber Isaíæ Prophéta.

Lectio I

Cap. 1, 1-11

Víso Isaíæ, filii Amos, quam vidit super Judam et Jerúsalem, in diébus Ozíæ, Jóathan, Achaz, et Ezechíæ, regum Juda. Audite, cæli, et áuribus pércipe, terra, quóniam Dóminus locútus est. Fílios enutrívi, et exaltávi; ipsi autem sprevérunt me. Cognóvit bos

In primo nocturno

possessórem suum, et ásinus præsepe dómini sui ; Ísraël autem me non cognóvit, et pópulus meus non intelléxit.

Tu autem Dómine, miserére nobis.

R^g. Deo grátias.

¶.1. Ps 48, 3 ¶.2. Ps 79, 2 ¶.3 Ps 23,7

R^g. VII

A Spí- ci- ens a lon- ge, ecce ví- de- o

De- i pot- én-ti- am ve- ni- én- tem, et né-

bu- lam to- tam ter- ram te- gén- tem. * I- te

ób- vi- am e- i et dí- ci- te : ** Núnti- a no- bis,

si tu es ip-se *** Qui regna- tú- rus es in

pópu- lo Is-ra- el. ¶. Qui- que ter-rí- ge-næ et fi-

In primo nocturno

The musical notation consists of six staves of Gregorian chant in common time, written in black square neumes on four-line red staves. The notation is divided by vertical bar lines and measures. The lyrics are in Latin, with some words in Spanish (* I-te, * Núnti-a, ** Tól-li-te, *** Qui regna-tú-rus). The music includes various neumatic patterns, some with diamond-shaped neumes.

li- i hómi- num, si- mul in unum di- ves et pau-

per, * I- te ¶ Qui re- gis Is-ra- el, in-ténde, qui de-

dú- cis vel-ut ovem Jo- seph, qui se- des su- per Che-

ru- bim. ** Núnti- a. ¶ Tól- li- te portas, príncipes, vestras,

et e-le- vámi-ni, portæ æ-terná- les, et intro- í-

bit *** Qui regna- tú- rus. ¶ Gló- ri- a Pa- tri, et Fí-li-

o, et Spi- ri- tu- i Sanc- to. ¶ Aspí- ci- ens.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Unigénitus Dei Fílius * nos benedícere et adjuváre dignétur.

R. Amen.

In primo nocturno

Lectio II

Væ genti peccatríci, pôpulo gravi iniquitáte, sémini nequam, filiis scelerátis ! dereliquerunt Dóminum ; blasphemavérunt Sanctum Ísraël ; abalienáti sunt retrórsum. Super quo percútiam vos ultra, ad-déntes prævaricatióne ? omne caput lánguidum, et omne cor mœrens. A planta pedis usque ad vérticem, non est in eo sánitas ; vulnus, et livor, et plaga tumens, non est circumligáta, nec curáta medi-cámine, neque fota óleo.

Dan 7,13.14

Rx. VI

A Spi-ci- é-bam in vi- su noc- tis, et ec-

ce in nú-bi- bus cæ- li Fí-li- um hó- mi-nis ve- nit.

* Et da- tum est e- i re- gnum, et ho- nor ; et

omnes pó- puli, tri- bus et lin- guæ sér- vi- ent e-

i. ¶ Ec- ce Do- mi- nátor Dómi- nus, cum vir- tú- te vé-

ni- et. * Et da- tum.

In primo nocturno

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Spíritus Sancti grátia * illúminet sensus et corda nostra.

Rx. Amen.

Lectio III

Terra vestra desérta; civitátes vestræ succénsæ igni: régionem vestram coram vobis aliéni dévorant, et desolábitur sicut in vastitáte hostíli. Et derelinquéatur filia Sion ut umbráculum in vínea, et sicut tugúrium in cucumberário, et sicut cívitas quæ vastátur. Nisi Dóminus exercítum reliquíset nobis semen, quasi Sodóma fuissémus, et quasi Gomórrha símiles essémus.

Lc 1,26-27.30.32

Rx. VII

M Issus est Gábri- el An- ge- lus ad Ma-rí- am Vír-
gi- nem despónsá- tam Jo- seph, nún-ti- ans e- i ver-
bum ; et expa- véscit Virgo de lú- mi-ne. Ne tí-
me- as, Ma- rí- a, invení-sti grá-ti- am a-pud Dó- mi- num ;

* Ecce concí- pi- es et pá- ri- es, et vo-cá- bi- tur

In primo nocturno

Altís- si- mi Fí-li- us. ¶ A- ve, Ma- rí- a, grá- ti- a
ple- na ; Dó- mi- nus te- cum. * Ecce.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

In unitáte Sancti Spíritus * benedícat nos Pater et Fílius.

R^X. Amen.

Lectio IV

Audíte verbum Dómini, príncipes Sodomórum ; percípite áuribus legem Dei nostri, póplus Gomórrhæ. Quo mihi multitúdinem victimárum vestrárum ? dicit Dóminus. Plenus sum : holocáusta aríetum, et ádipem pínguium, et ságuinem vitulórum et agnórum et hircórum, nólui.

¶ Lc 1,28

R^X. IV
S U-sci-pe verbum, Virgo Ma- rí- a, quod ti- bi a
Dó- mi- no per ánge- lum trans- mí-sum est : concí-pi-
es per au- rem, De- um pá- ri- es et hó- mi- nem, *Ut be- ne-

In primo nocturno

dícta di-cá- ris inter om- nes mu- lí- e- res. V. A-

ve, Ma-rí- a, grá- ti- a ple- na: Dó- minus te- cum.

* Ut be- ne-dícta. V. Gló-ri- a Pa-tri, et Fí-li- o, et Spi-

rí- tu- i Sanc- to. * Ut be- ne-díc-ta.

IN SECUNDO NOCTURNO

4Ant
IV E

G Aude et læ- tá-re, * fí- li- a Je- ru-sá- lem : ecce Rex tuus

véni- et ti- bi. Si- on, noli timé- re, qui- a ci-to véni- et salus

tu- a. E u o u a e.

Psalmus 26

Dóminus illuminátio mea et
salus mea : * *quem timé-* bo ?

2 Dóminus protéctor *vitæ*
meæ : * *a quo trepidábo* ?

3 Dum apprópiant super *me nocténtes* * ut edant carnes **meas**,
4 Qui tríbulant me inimíci **mei**, * ipsi infirmáti sunt *et cecidérunt*.
5 Si consístant advérsus *me castra*, * non timébit cor **meum** ;
6 Si exsúrgat advérsus *me prælium*, * in hoc *ego sperábo*.
7 Unam pétii a Dómino, *hanc requíram*, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus *vitæ meæ* ;
8 Ut vídeam voluptátem **Dómini**, * et vísitem templum ejus.
9 Quóniam abscóndit me in tabernáculo **suo** ; * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi **sui**.
10 In petra *exaltávit* me, * et nunc exaltávit caput meum super inimícos **meos**.
11 Circuívi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vocifera-tiόnis ; * cantábo, et psalmum dicam **Dómino**.
12 Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi **ad te** ; * misseré mei, *et exáudi* me.
13 Tibi dixit cor meum : Exquisívit te fácies **mea** ; * fáciem tuam, Dómine, *requíram*.
14 Ne avértas fáciem *tuam a me* ; * ne declínes in ira *a servo tuo*.
15 Adjútor *meus esto* ; * ne derelíquas me, neque despícias me, Deus salutáris **meus**.
16 Quóniam pater meus et mater

mea dereliquérunt me ; * Dómi-nus autem assúmpsit me.
17 Legem pone mihi, Dómine, in via tua, * et dírige me in sémitam rectam, propter inimícos **meos**.
18 Ne tradíderis me in áimas tribulántium me, † quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, * et mentita est iníquitas sibi.
19 Credo vidére bona **Dómini** * in terra vivéntium.
20 Expécta Dóminum, viríliter age : * et confortétur cor tuum, et sústine **Dóminum**.

Psalmus 27

Ad te, Dómine, clamábo ; Deus meus, ne síleas a me †: nequándo táceas a me, * et assimilábor descendéntibus in lacum.
2 Exáudi, Dómine, vocem deprecatiόnis meæ dum *oro ad te* ; * dum extóllo manus meas ad templum sanctum **tuum**.
3 Ne simul trahas me cum peccatóribus, * et cum operántibus iniquitátem ne perdas me ;
4 Qui loquúntur pacem cum próximo **suo**, * mala autem in córdibus eórum.
5 Da illis secúndum ópera eórum, * et secúndum nequítiam adinventiόnum ipsórum.
6 Secúndum ópera mánuum eórum tríbue illis ; * redde retributiόnem eórum ipsis.
7 Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, † et in ópera má-

In secundo nocturno

num ejus déstrues illos, * et non ædificábis eos.

8 Benedíctus Dóminus, * quóniam exaudívit vocem depreca-tiónis meæ.


9 Dóminus adjútor meus et pro-téctor meus ; * in ipso sperávit cor meum, et adjútus sum :

10 Et reflóruit caro mea, * et ex

voluntáte mea confitébor ei.

11 Dóminus fortitúdo plebis suæ, * et protéctor salvatiónum Christi sui est.


12 Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hæreditáti tuæ ; * et rege eos, et extólle illos usque in aetérnum.



Gaude et læ- tá-re, * fí- li- a Je- ru-sá- lem : ecce Rex tuus




véni- et ti- bi. Si- on, noli timé- re, qui- a ci-to véni- et salus



tu- a.



R Ex no- ster advé-ni- et Christus, quem Jo- ánnes præ- di-cá-



vit Agnum es- se ventúrum. E u o u a e

Psalmus 28

A fférte Dómino, filii Dei, *
Afférte Dómino filios aríe-tum.

2 Afférte Dómino glóriam et ho-

nórem ; † afférte Dómino glóriam nómini ejus ; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

3 Vox Dómini super aquas ; † Deus majestatis intónuit : * Dó-

In secundo nocturno

minus super aquas **multas**.
4 Vox Dómini in virtúte ; * vox
Dómini in magnificéntia.
5 Vox Dómini confringéntis **ce-**
dros, * et confrínget Dóminus
cedros Libani :
6 Et commínuet eas, tamquam ví-
tulum Libani ; * et diléctus que-
mádmodum filius unicór-nium.
7 Vox Dómini intercidéntis flam-
mam ignis ; † vox Dómini concu-
tiéntis desértum : * et commové-
bit Dóminus desértum Cades.
8 Vox Dómini præparántis cer-
vos : et revelábit condénsa, * et
in templo ejus omnes dicent gló-
riam.
9 Dóminus diluvium inhabitare
facit, * et sedébit Dóminus rex **in**
ætérmnum.
10 Dóminus virtútem pôpulo suo
dabit ; * Dóminus benedícet
pôpulo suo **in pace**.

Psalmus 29


Exaltábo te, Dómine, quóniam
suscepísti me, * nec de-
lectásti inimícos **meos** super me.
2 Dómine Deus meus, clamávi
ad te, * **et sanásti** me.
3 Dómine, eduxísti ab inférno
ánimam **meam** ; * salvásti me a
descendéntibus in lacum.

4 Psállite Dómino, sancti ejus ; *
et confitémini memóriæ sanctitá-
tis ejus.
5 Quóniam ira in indignatióne
ejus, * et vita in voluntáte ejus :
6 Ad vésperum demorábitur
fletus, * et ad matutínum lætitia.
7 Ego autem dixi in abundántia
mea : * Non movébor **in** ætérm-
num.
8 Dómine, in voluntáte tua, *
præstítisti decóri **meo** virtútem .
9 Avertísti fáciem tuam **a** me, *
et factus sum **conturbátus**.
10 Ad te, Dómine, clamábo, * et
ad Deum meum deprecábor.
11 Quæ utíltas in sanguine
meo, * dum descéndo in corrup-
tióñem ?
12 Numquid confitébitur tibi
pulvis, * aut annuntiábit veritá-
tem tuam ?
13 Audívit Dóminus, et misértus
est **mei** ; * Dóminus factus est
adjútor **meus**.
14 Convertísti planctum meum in
gáudium **mihi** ; * conscidísti sac-
cum meum, et circumdedísti **me**
lætitia :
15 Ut cantet tibi glória mea, et
non compúngar. * Dómine Deus
meus, in ætérmnum confitébor **tibi**.



Rex no- ster advé-ni- et Christus, quem Jo- ánnes præ- di-cá-

In secundo nocturno



vit Agnum es- se ventúrum.

6Ant


VI f



E Ccce vén-i- o ci- to * et merces me- a mecum est, dicit



Dó-mi-nus : da-re uni-cu- í- que se- cún- dum ó- pera su- a.



E u o u a e

Psalmus 30

In te, Dómine, sperávi ; non confundar in *ætérnum* : * in justitia tua **líbera** me.

2 Inclína ad me aurem **tuam** ; * accélera ut **éruas** me.

3 Esto mihi in Deum protectórem, et in domum **refúgii**, * ut **salvum me fáciás** :

4 Quóniam fortitúdo mea et refúgium **meum es** tu ; * et propter nomen tuum dedúces me et **enútries** me.

5 Edúces me de láqueo hoc quem abscondérunt **mihi**, * quóniam tu es **protéctor meus**.

6 In manus tuas comméndo spíritum **meum** ; * redemísti me, Dómine Deus **veritatis**.

7 Odísti observántes vanítátes * **supervácue** ;

8 Ego autem in Dómino **sperávi** ; * Exsultábo, et lætábor in misericórdia tua,

9 Quóniam respexísti humilitátem **meam** ; * salvásti de necessitatibus ánimam **meam**.

10 Nec conclusísti me in mánibus inimíci : * statuísti in loco spatióso **pedes meos**.

11 Miserére mei, Dómine, quóniam tríbular ; † conturbátus est in ira óculus **meus**, * ánima mea, et **venter meus**.

12 Quóniam defécit in dolóre vi-ta **mea**, * et anni mei in gemítibus.

13 Infirmáta est in paupertáte virtus mea, * et ossa mea conturbáta sunt.

14 Super omnes inimícos meos factus sum opprórium, et vicínis meis valde, * et timor notis meis ;

15 Qui vidébant me foras fugérunt a me ; * oblivíóni datus sum, tamquam mórtuus a corde ;

16 Factus sum tamquam vas pérditum : * quóniam audívi vituperatióñem multórum commorántium in circúitu.

17 In eo dum convenírent simul advérsus me, * accípere ánimam meam consiliáti sunt.

18 Ego autem in te sperávi, Dómine ; † dixi : Deus meus es tu ; * in mánibus tuis sortes meæ .

19 Eripe me de manu inimicórum meórum, * et a persequéntibus me.

20 Illústra fáciem tuam super servum tuum ; † salvum me fac in misericórdia tua : * Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

21 Erubéscant ímpii, et deducántur in inférnum ; * muta fiant lábia dolósa.

22 Quæ loquúntur advérsus justum iniquitátem, * in supérbia, et in abusióne.

23 Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * quam abscondísti timéntibus te ;

24 Perfecísti eis qui sperant in te, * in conspéctu filiórum hóminum !

25 Abscóndes eos in abscóndito faciéi tuæ, * a conturbatióne hóminum ;

26 Próteges eos in tabernáculo tuo, * a contradiccióne lingúarum.

27 Benedíctus Dóminus, * quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte muníta.

28 Ego autem dixi in excéssu mentis meæ : * Projéctus sum a fácie oculórum tuórum .

29 Ideo exaudísti vocem oratiónis meæ, * dum clamárem ad te.

30 Dilígite Dóminum, omnes sancti ejus, † quóniam veritátem requíret Dóminus, * et retríbuet abundánte faciéntibus supérbiám.

31 Viríliter ágite, et confortétur cor vestrum, * omnes qui sperátis in Dómino.

Psalmus 31

Béáti quorum remíssæ sunt iniquitátes, * et quorum tecum sunt peccáta.

2 Beá tus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.

3 Quóniam tacui, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem tota die.

4 Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua, *

In secundo nocturno

convérsus sum in ærúmna mea,
dum configitur spina.

5 Delíctum meum cónignum tibi
feci, * et injustítiam meam non
abscóndi.

6 Dixi : Confitébor advérsum me
injustítiam meam Dómino ; * et
tu remisísti impietátem peccáti
mei.

7 Pro hac orábit ad te omnis
sanctus * in témpore opportúno.

8 Verúmtamen in dilúvio
aquárum multárum, * ad eum non
approximábunt.

9 Tu es refúgium meum a tribula-
tione quæ circúmdedit me ; * ex-

sultátio mea, érue me a circum-
dántibus me.


10 Intelléctum tibi dabo, et íns-
truam te in via hac qua gradié-
ris ; * firmábo super te óculos
meos.

11 Nolíte fieri sicut equus et mu-
lus, * quibus non est intelléctus.

12 In camo et freno maxíllas eó-
rum constrínge, * qui non ap-
proximant ad te.

13 Multa flagélla peccatóris ; *
sperántem autem in Dómino
misericórdia circúmdabit.

14 Lætámini in Dómino, et ex-
sultáte, justi ; * et gloriámini,
omnes recti corde.



Ecce vén-i- o ci- to * et merces me- a mecum est, dicit



Dó-mi-nus : da-re uni-cu- í- que se- cún- dum ó- pera su- a.

V. Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terræ.

R. De petra desérti ad montem filiæ Sion.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

Ipsíus píetas et misericórdia nos ádjuvet, * Qui cum Patre et Spíritu
Sancto vivis et regnas in sácula sæculórum.

R. Amen.

In secundo nocturno

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Deus Pater omnípotens * sit nobis propítius et clemens.

R. Amen.

Sermo sancti Leónis Papæ

Sermo XIX; de jejuno decimi mensis VIII, cap. I.

Lectio V

Cum de advéntu regni Dei, et de mundi fine ac téporum, discípu-
los suos Salvátor instrúeret, totámque Ecclésiam suam in Apóstoli-
lis erudíret : Cavéte, inquit, ne forte gravéntur corda vestra in crápula,
et ebrietáte, et cogitatióibus sæculáribus. Quod útique præcéptum, di-
lectíssimi, ad nos speciálius pertinére cognóscimus, quibus denuntiá-
tus dies, etiámsi est occúltus, non dubitátur esse vicínus.

Lc 1,28.35 ¶ Ps 23,7

R. VII

A Ve, Ma- rí- a, grá- ti- a ple- na, Dó-
mi- nus te- cum. Spí- ri- tus Sanctus super- vé- ni-
et in te, et vir- tus Al- tís-simi ob- um-
brá- bit ti- bi ; Quod e-nim ex te nascé- tur San-

In secundo nocturno

ctum vo- cá- bi- tur * Fí- li- us De- i. ¶ Tól- li-

te portas, prín-ci-pes, vestras, et e- le- vámi- ni por-tæ æ- terná-

les, et intro- í- bit * Fí- li- us.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Christus perpétuæ * det nobis gáudia vitæ.

R^X. Amen.

Lectio VI

Ad cujus advéntum omnem hóminem cónvenit præparári : ne quem aut ventri déditum, aut curis sæculáribus invéniat implicátum. Quotidiáno enim, dilectíssimi, experíménto probátur, potus satié- tate aciem mentis obtúndi, et cibórum nimietáte vigórem cordis hebe- tári ; ita ut delectátio edéndi etiam córporum contrária sit salúti, nisi rátio temperántiæ obsístat illécebræ, et quod futúrum est óneri, súbtra- hat voluptáti.

Phil 3,20 ¶ 94,2

R^X. III

S Al-va- tó- rem exspectá- mus Dó- mi-num

In secundo nocturno

Jesum Chri- stum, * Qui re- formávit cor-pus hu- mi- li-
 tá- tis no- stræ confi- gu- rá- tum cór- po-ri cla-
 ri- tát- tis su- æ. ¶ Præ-oc-cu-pé- mus fá-ci- em
 e-jus in confessi- ó- ne, et in psal- mis ju-bi- lé-
 mus e- i.* Qui.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Ignem sui amóris * accéndat Deus in córdibus nostris.

R^g. Amen.

Lectio VII

Quamvis enim sine áнима nihil caro desíderet, et inde accípiat sensus, unde sumit et motus : ejúsdem tamen est ánimæ, quædam sibi súbditæ negáre substántiæ, et interióri judício ab inconveniéntibus exterióra frenáre : ut a corpóreis cupiditátibus sáepius líbera, in aula mentis possit divinæ vacáre sapiéntiæ : ubi omni strépitu terrenárum silénte curárum, in meditatióibus sanctis, et in delíciis lätétur ætérnis.

In secundo nocturno

Ex 4,13 ¶ Ps 106,3

R. V.

O bsecro, Dó- mi- ne, mit-te quem missú- rus
 es; vi- de af- fli-cti- ó-nem pó- pu-li tu- i ; * Sic-ut lo-cú-
 tus es, ve- ni et líbe- ra nos. ¶ A so- lis ortu et occá-
 su, ab aqui- ló- ne et ma- ri. * Sic- ut.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

A cunctis vítiis et peccátis * absólvat nos virtus sanctæ Trinitatis.

R. Amen.

Lectio VIII

Quod si in hac vita difficile est continuári, potest tamen frequénter assúmi ; ut sæpius ac diútius spiritálibus pótius, quam carnálibus occupémur. Et cum meliòribus curis majóres impéndimus moras, ad incorruptíbiles divítias étiam temporáles tránseunt actíones.

Is 49,13

R. II

L Æ-tén-tur cæ- li, et exsúl- tet ter- ra,

In secundo nocturno

ju-bi-lá-te, mon-tes, lau-dem, qui- a Dómi-nus no-ster vé-ni-

et, * Et páupe-rum su- ó-rum mi- se-ré-bi-tur. ¶ Ec-

ce Domi-ná-tor Dómi-nus, cum vir-tú-te vé-ni-et.

* Et. ¶ Gló-ri-a Pá-tri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sanc-


to * Et

IN TERTIO NOCTURNO

Mt 21,9

7Ant
VII d

G Abri-el Ange-lus * locú-tus est Ma-rí-æ, di-cens : Ave,
grá-ti-a plena, Dó-mi-nus te-cum : be-nedícta tu in mu-li-é-ri-



ri- bus. E u o u a e

Canticum Isaiæ

Is. 40, 10-17

Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniens, * et bráchium ejus dominábitur :

2 Ecce merces ejus cum eo, * et opus illíus coram illo.

3 Sicut pastor gregem suum pascet, † in bráchio suo congregábit agnos, et in sinu suo levábit ; * fetas ipse portábit.

4 Quis mensus est pugillo aquas, * et cælos palmo ponderávit ?

5 Quis appéndit tribus dígitis molem terræ, * et liberávit in póndere montes, et colles in statéra ?

6 Quis adjúvit spíritum Dómini ? * aut quis consiliarius ejus fuit, et osténdit illi ?

7 Cum quo íniit consílium, et instrúxit eum, † et dócuit eum sémitam justitiæ, * et erudívit eum sciéntiam, et viam prudéntiæ osténdit illi ?

8 Ecce gentes quasi stilla sítu-læ, * et quasi moméntum statéræ reputátæ sunt ;

9 Ecce ínsulæ quasi pulvis exiguus. † Et Líbanus non sufficiet ad succendéndum, * et animália ejus non sufficient ad

holocáustum.

10 Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, * et quasi níhilum et ináne reputátæ sunt ei.

Canticum ejusdem

Is. 42, 10-16

Cantáte Dómino cápticum novum, * laus ejus ab extrémis terræ,

2 Qui descénditis in mare, et plenitúdo ejus ; * ínsulæ, et habitatóres eárum.

3 Sublevétur desértum et civitátes ejus. * In dómibus habitábit Cedar :

4 Laudáte, habitatóres petræ ; * de vértice móntium clamábunt.

5 Ponent Dómino glóriam, * et laudem ejus in ínsulis nuntiábunt.

6 Dóminus sicut fortis egrediétur, * sicut vir præliátor suscitábit zelum ;

7 Vociferábitur, et clamábit : * super inimícos suos confortábitur.

8 Tácui semper, sílui, pátiens fui : * sicut partúriens loquar ;

9 Dissipábo, et absorbébo si-mul. † Desértos fáciam montes et colles, * et omne gramen eórum exsiccábo ;

10 Et ponam flúmina in ínsu-

In tertio nocturno

las, * et stagna **arefáciam**.

11 Et ducam cæcos in **viam** quam nésciunt, * et in sémitis quas ignoravérunt ambuláre eos **fáciam** ;

12 Ponam ténebras coram eis in **lucem**, * et **prava** in **recta** ;

Canticum ejusdem

Is. 49, 7-13

Hæc dicit Dóminus, Hredémptor Israël, Sanctus ejus, † ad contemptibilem ánimam, ad abominátam gentem, * ad servum dominórum :

2 Reges vidébunt, et consúrgent príncipes, † et adorábunt propter Dóminum, **quia fidélis** est, et Sanctum Israel **qui elégit te**.

3 Hæc dicit Dóminus : † In tempore plácito **exaudívi te**, * et in die salútis auxiliátus sum **tui** :

4 Et servávi te, et dedi te in **foedus pópuli**, * ut suscitáres

terram, et possidéres hæreditátes **dissipátas** ;

5 Ut díceres his qui vincti **sunt** : Exíte, * et his qui in ténebris : **Revelámini**.

6 Super **vias pascéntur**, * et in ómnibus planis páscua eórum.


7 Non esúrient neque sítient, † et non percútiet eos **æstus et sol**, * quia miserátor eórum reget eos, et ad fontes aquárum potábit eos.

8 Et ponam omnes montes **meos** in **viam**, * et sémitæ meæ exaltabúntur.


9 Ecce isti de longe vénient, † et ecce illi ab aquilóne et **mari**, * et isti de **terra austráli**.

10 Laudáte, cæli, et exsúlta, terra ; † jubiláte, **montes**, laudem, * quia consolátus est Dóminus pópulum suum, et páuperum suórum miserébitur.


Mt 21,9



Gá-bri- el Ange-lus * locú-tus est Ma- rí- æ, di-cens : Ave,



grá- ti- a plena, Dó- mi-nus te-cum : be- nedícta tu in mu-li- é-ri-



In tertio nocturno

ri- bus.

¶ Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.

R. Véniet ut salvet pôpulum suum.

Absolutio.

A vínculis peccatórum nostrórum * absólvat nos omnípotens et mi-
sericors Dóminus.

R. Amen.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Evangélica lectio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio IX

Cap. 21.

In illo témpore : Dixit jesus discípulis suis : Erunt signa in sole et luna
et stellis, et in terris pressúra géntium. Et réliqua.


Homília sancti Gregórii Papæ

Homilia 1 in Evangelia




Dóminus ac Redémptor noster parátos nos inveníre desíderans, se-
nescéntem mundum quæ mala sequántur denúntiat, ut nos ab ejus
amóre compéscat. Appropinquántem ejus téminum quantæ percus-
siones prævéniant, innotéscit : ut, si Deum metúere in tranquillitaté
nólumus, saltem vicínum ejus judícium vel percussiónibus attríti ti-
meámus.

Is 7,14 9,6 ¶ Ps 23,7

R. III
E Cce Vir-go concípi- et et pá- ri- et Fí- li- um,



In tertio nocturno

di- cit Dómi- nus ; et vo- cá- bi-tur nomen e-jus ad-

 mi- rá- bi- lis, * De- us, for- tis. ¶ Tól- li- te

 portas, prínci-pes, vestras, et e-le-vámi-ni, portæ æ-terná-

 les, et intro- í- bit * De- us.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Ille nos benedícat * qui sine fine vivit et regnat.

R. Amen.

Lectio X

Huic étenim lectíoni sancti Evangélíi, quam modo vestra fraterñitas audívit, paulo supérius Dóminus præmísit, dicens : Exsúrget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum : et erunt terræmotus magni per loca, et pestiléntiæ, et fames. Et quibúsdam interpósitis, hoc, quod modo audístis, adjúnxit : Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressúra géntium præ confusióne sónitus maris, et flúc-tuum. Ex quibus profecto ómnibus alia jam facta cérnimus, alia in próximo ventúra formidámus.

Jer 31,10 ¶ Ps 106,3


R. III
A Udí- te Verbum Dó-mi- ni, Gentes, et annun-ti-


In tertio nocturno


á- te il- lud in fí-ni- bus ter- ræ, * Et in ínsu- lis



quæ pro-cul sunt, dí- ci- te : Salvá- tor no- ster ad- véni-



et. ¶ A so- lis ortu et occá- su, ab aqui- ló-



ne et ma- ri. * Et in ínsu- lis.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Divínū auxíliū * máneat semper nobíscum.

R. Amen.


Lectio XI

Nam gentem contra gentem exsúrgere, earúmque pressúram terris insístere, plus jam in nostris tempóribus cérnimus, quam in codícibus légitimus. Quod terraémótus urbes innúmeras óbruat, ex áliis mundi pártibus scitis quam frequénter audívimus. Pestiléntias sine cessatióne pátimur. Signa vero in sole, et luna, et stellis, adhuc apérte mínime vídimus : sed quia et hæc non longe sint, ex ipsa jam áëris immutatióne collígimus.

Jer 23,5 ¶ Jer 23,6



Ecce di- es vé- ni- ent, di- cit Dómi-nus, et su-



In tertio nocturno

sci- tár- bo Da-vid ger-men ju- stum, et re- gná- bit rex, et

sá- pi- ens e-rit, et fá- ci- et ju-dí- ci- um et ju-

stí- ti- am in ter- ra ; * Et hoc est nomen quod vo-

cá- bunt e- um : Dó- mi- nus ju- stus no- ster. V. In di- é-

bus il- lis salvá- bi- tur Ju- da et Isra- el habi- tábit

con- fi-dén- ter. * Et hoc est.

Lector:

Jube, Dómne, benedícere.

Præsidium chori:

Ad societátem cívium supernórum * perdúcat nos Rex Angelórum.

R. Amen.

Lectio XII

Confúsio autem maris et flúctuum necdum nova exórta est. Sed cum multa prænuntiáta jam compléta sint, dúbium non est, quin sequántur étiam pauca, quæ restant : quia sequéntium rerum certitúdo est præteritárum exhibítio. Hæc nos, fratres caríssimi, idcírco dícimus, ut ad cautélæ stúdium vestræ mentes evígilent, ne securitáte tórpeant,

In tertio nocturno

ne ignorántia languéscant : sed semper eas, et timor sollícitet, et in bono ópere sollicitúdo confírmet.

Joel 3,17-18

R. VIII

A Li- é- ni non trans-í-bunt per Je- rú- salem
 ampli- us : * Nam in il-la di- e stil-lá- bunt mon- tes
 dulcé- di- nem, et colles flu- ent lac et mel,
 di- cit Dómi- nus. ¶ E-go véni- am, dicit Dómi-
 nus, et sa- ná-bo contri- ti- ónes pó- pu- li me- i.
 * Nam in illa di- e. ¶ Gló- ri- a Pa-tri, et Fí-li- o,
 et Spi- ri- tu- i Sanc- to. * Nam in illa di- e.

In tertio nocturno

Te Deum
Hymnus. III et IV

TE De- um laudá-mus, * te Dóminus confi- té- mur.

Te æ-térnum Patrem omnis terra vene- rá- tur. Ti-bi om-


nes Ange- li, ti-bi cæli et uni-vérsæ potestá- tes : Ti-bi

Ché-rubim et Séraphim incessá-bi-li voce proclá- mant: Sanctus,

Sanctus, Sanctus Dómi-nus De-us Sába- oth. Ple-ni sunt cæli et

terra majestá-tis gló-ri- æ tu- æ. Te glori- ósus Apostoló-rum

cho- rus, Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis núme-rus, Te Mártyrum



In tertio nocturno

candidá-tus laudat exérci- tus. Te per orbem terrárum sancta

confi- téatur Ecclé-si- a, Pa- trem imménsæ ma-jestá- tis; Ve-

ne-rándum tu- um ve-rum et ú-nicum Fí- li- um; Sanctum quoque

Pa-rácli-tum Spí-ri- tum. Tu Rex gló- ri- æ, Chri-ste. Tu Patris sem-

pi-tér-nus es Fí-li- us. Tu, ad libe- rándum susceptú-rus hómi-nem:

non horru- í-sti Vír-ginis ú-te-rum. Tu, devícto mortis acú-le- o, a-


pe-ru- í-sti credén-tibus regna cæ-ló- rum. Tu ad déx-teram De- i se-

des, in gló- ri- a Pa- tris. Judex créde- ris esse ventú- rus. Te ergo


In tertio nocturno



quásumus, tu- is fámu-lis súbve- ni, quos pre- ti-ó-so sángui-ne red-




emí- sti. Æ-térna fac cum Sanctis tu- is in gló-ri- a nume-




rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu-um, Dómi-ne, et béne- dic




he-re-di-tá- ti tu- æ. Et re-ge e- os, et extól-le illos usque



in ætér- num. Per síngu-los di- es bene- dícimus te. Et laudá-mus



nomen tu-um in sáecu-lum, et in sáe- culum sáecu- li. Digná-re, Dó-




mi-ne, di- e isto sine peccá-to nos custodí- re. Mi-se-rére nostri,



Dómi- ne, mise- rére nostri. Fi- at mi-se-ri-cór-di- a tu- a, Dómi-

In tertio nocturno



mi-ne, su-per nos, quemádmodum sperá- vimus in te. In te, Dó-



mine, spe-rá- vi: non confún-dar in æ-tér- num.

V. Dóminus vobíscum

R. Et cum spíritu tuo.

V. Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam.

V. Glória tibi, Dómine.

Cap. 21, 25-33

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Et erunt signa in sole, *et* luna, et stellis, † et in terris pressúra géntium præ confusióne sóni-tus maris, et flúctuum :* arescéntibus homínibus præ timóre, et exspectatióne, quæ supervénient univérsō orbi :† nam virtútes cælórum movebúntur :* et tunc vidébunt Fílium hóminis veniéntem in nube † cum potestáte magna et majestáte. His autem fieri incipiéntibus, res-pícite, et leváte cápita vestra :† quóniam appropínquat redémptio ves-tra. Et dixit illis similitúdinem : Vidéte ficúlneam, *et* omnes árbores : † cum prodúcunt jam ex se fructum, scitis quóniam prope est æstas. Ita et vos cum vidérítis hæc fieri, † scítote quóniam prope est re-gnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteríbit generátiō hæc, † donec ómnia fiant. Cælum et terra transíbunt : *verba autem mea non transíbunt.*

R. Amen.

Hymnus



TE Decet laus, Te Decet Hymnus, ti-bi gló-ri-a De-

In tertio nocturno

o Pa-tri et Fí- li- o, cum Sancto Spí- ri-tu, in sáecu-la sæ-cu-
ló- rum. A- men.

Orémus

Excita, quáesumus, Dómine, poténtiam tuam, et **v**eni :*† ut ab im-
minéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur pro-
tegénte éripi, te liberánte *salvári* : *Qui vivis et regnas cum Deo Patre*
in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sácula sæculórum.

R: Amen.

V. Dóminus vobíscum

R: Et cum Spíritu tuo.

Cantor :

Bene- di- cámus Dó- mino.

Chorus:

De- o grá- ti- as.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R: Amen.

ORDINARIUM OFFICII FERIALIS

Tempore Adventus

AD MATUTUNUM

Invitat. A Dom. I usque ad Dom. III Adventus. Regum venturum Dominum, * Venite adorémus.

Invitat. A Dom III Adv.
Usque ad 23 Decembr. incus.
Prope est jam Dominus, *
Venite, adoremus.

Ps. 94 Venite, exsultémus.

43

Hymnus

Verbum supénum prodiens,
A Patre olim exiens,
Qui natus orbi subvenis
Cursu declivi temporis :

Illumina nunc pectora,
Tuoque amore concrema,
Auditio ut præconio
Sint pulsa tandem lubrica.

Non demum arctemur malis
Pro qualitate criminis ;
Sed cum beatis compotes
Simus perennes cælibes.

Laus, honor, virtus, gloria

Deo Patri, et Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum saecula. Amen.

In off. De Temp. Adventus Doxologia,
Gloria tibi, Domine, Qui natus es...
numquam adhibetur.

IN I NOCTURNO

Anæ, Psalmi et **℣** ut in Psalt.
Lectiones et **R** ut infra in
Proprio de Temp.

IN II NOCTURNO

Anæ et Psalmi de Psalt.

Sobrie, et juste, et pie vivamus
in hoc sæculo, † exspectantes
beatam spem, et adventum
gloriæ magni Dei, * et
Salvatoris nostris Jesu Christi.

℣ Veni, Domine, et noli tar-
dare.

R Relaxa facinora plebi tuæ.

Deinde Kyrie eleison, Pater noster, flexis
genibus. Quod etiam servatur in aliis
Horis.

Oratio Dominicæ præcedentis ;
Postea dicitur Dominus vobiscum.
Benedicamus Domino. Fidelium animæ et
Pater noster.